



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

De Petris Et Aduocatis necessarijs pro officio Inquisitionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

insurgeret, si poneretur, præcisè dies, non debet apponi, & sufficiet mensis, & annus, quod fieri sepelet, cum testibus in carcere deponentibus sumiliter apponetur in publicatione locus & tempus commissi delicti, quoniam hoc ad defensionem spectat. Ceterum non est apponendum locus loci, hæcenus ibi.

Sed non diffiteor cōtingere quādoque posse, vt si locus & tempus commissi criminis reis panderentur, ipsi possent facile deuenire in notitiam denuntiatorū, vt cum delictum recenter est commissum, quo casu sicut in alijs, prouidendum omnino est testimoniū incolumenti, & legitime etiam reorum defensioni, alijs cōperētibus modis, quos prudens Inquisitor pro negotijs qualitate melius scire poterit.

Quoniam vero legitima defensionis ordo, ob sup̄ presam nominū, & cognomina testimoniū publicationē, quodammodo videtur trūcatus in hoc crimine, propterea Inquisitores vitam & mores testimoniū, ac delatorum diligenter debent inuestigare, vt alibi scriptimus copiosius, tradirq; Iohannes Roias in dicto sing. 208. incip. Testium publicatio. & alijs.

An autē quandoq; liceat nō modo testimoniū nomina publicare, sed etiam reum & testes cōciliare seu cōfrontare abīdē docū supra in hac 3. parte num. 101. super tit. de cautelis inquisitorum, & num. 209. super 12. modo processum fidei terminandi.

a ¶ Prout in alijs sit negotijs, publicentur.) Post hec verba in omnibus codicib; mox subsequuntur hec alia: Ita quōd vbi graue periculum deponentibus seu testib; videatur imminere, iudicio Episcopi, & Inquisitoris, non publicentur delatis: ubi autem eis non publicentur, attendat circumspectus Inquisitor, &c. Hęc omnia placuit remouere, quia non admodum coherent cum præcedentibus, & cōsequētibus, & verisimile mibis fit ab aliqua marginali annotatione in contextum irrepsisse. videtur autem hac annotatio defūcta fuisse ex sententia Archidiaconi in c. fin. de hæret. lib. 6.

## Q V A E S T I O LXXXVI.

Quæ pœna incurrit si contra ius publicentur, vel occultentur nomina testimoniū, &c.

**S**EPTUAGESIMASEXTA quæstio est: Vtrum Episcopus, & Inquisitor non publicando delato deferentium ac testificantium nomina: seu publicando vbi non debent, incurrit aliquam penam, & quam?

Respondemus quod sic: quia per dominū Pānam eorū cōscientiæ onerantur, ac eis præcipitur, quatenus puram & prouidam intentionē habent in predictis, unde in d. c. Statuta. de hæret. lib. 6. eīca finem sequitur sic: Ceterum in his omnibus præcipimus, tam Episcopos quām Inquisidores puram, & prouidam intentionem habere, ne ad accusatorum uel testimoniū nomina supprimenda, vbi est securitas, periculum esse dicant, nec in eorum discrimen securitatem afferant, ubi tale pe-

A riculum imminet, super hoc eorundem conscientias onerantes.

Vbi Archidiaconus dicit ita: O tu, quicunque index in tali causa, bene aduerte uerba ista: nā non dicit leue periculū, sed dicit graue: noli igitur reū priuare debito iuris ordine sine magna causa, quoniam hoc fieri non potest sine offensione Dei.

## C O M M E N T . CXXV.

**Q**uæ hac quæstione tradit Eymericus, cause

B accipiēda sunt. Primū enim si nō publicet, testiū nomina, nō errabit, immo vt superiori cōmentario docū, nullo modo publicāda sunt in publi-

cādo vero multū errare pōt; & qui hodie ab/q; euidenti necessitate; & omni periculo cessante, temere publicare præsumeret testiū, accusatorū, seu denūtiātiū nomina, plane imprudētissime ageret, & fortassis in mortale culpā incurriteret: quia ageret contrator decreta a Potificū, & cōtra receptā sacri officij cōsuetudinē: que quānus nulla legē nō eretur, quia tamen cōsuetudo est laudabilis, approbata, & legitime præscripta aq; inducta, vim legis haber. §. ex nō re/jrō. instit. de iure naturali ḡt. & ciuiti.

Hanc quæstionē trāstulit Auctor repertoriū inquisitorum in suum opus, verbo, nomina §. nunc videntur, quo loco cauīus aliquanto loquitur. adde Simancam de carbo. instit. tit. 64. nu. 26. & in ency rido. tit. 35. nu. 12. & seq.

Dicit quidem testiū edenda sunt reo, vt se defendere queat, nomina vero supprimenda sunt: & hoc iure utimur.

Arque eodem modo vel cauenda vel accipienda sunt quæ de hac re edifferens tradit Tabiensis in summa. verbo, inquisitor, §. 8.

D E P E R I T I S E T A D V O C A T I S  
necessarij pro officio Inquisitionis.

## Q V A E S T I O LXXXVII.

An Inquisitor possit conuocare peritos ad præbendum consilium,

## S V M M A R I V M.

- 1 Inquisitor potest conuocare & cogere peritos.
- 2 Peritorum nomine quoniam intelligantur,

**S**EPTUAGESIMASEPTIMA quæstio est: Vtū inquisitor possit conuocare peritos quoslibet, ac eos cogere ut sibi afflstant, ac in serendis sententijs præbeant consilium opportunum?

1 Respondemus quod sic; ut patet in c. Vt commissi. s aduocandi. de hæret. lib. 6. ubi dicitur sic: Relat. sup̄ Aduocādi quoque, prout expedierit, peritos quoslibet, ut uobis afflstant; & in huiusmodi deferēdis sententijs præbeant consilium opportunum; ac eis quod super his uobis humiliter parcent in iuste obediencie iniungendi.

R t 3 Eadēm

Eadem uerba ad litteram habentur in priuilegijs prædictis Clementis, Alexandri & Urbani Quarti. Præ cunctis, suppresso rāmen præcepto obedientiæ, de quo non sit mentio in priuilegijs antelatis.

**Qui dicatur perit.**

2. Nomine autem peritorum, ut dicit Archidiaconus super c. Ut commissi, in verbo, peritos, intelligit Theologos, Canonistas, & Legistas.

## COMMENT. CXXXVI.

**A**bsoluta tractatione de testimoniis, disputatio nem de peritis, quos Inquisitores possunt aduocare, aggreditur Eymericus: ac primum, an possint aduocari querit, & posse docet.

De materia questionis. Q  
uisseruerint.

Et hoc ipsum priuilegium de cōuocandis peritis, ut assistat Inquisitorib. in causis fidei quoties fuerint requisiti, adnotant Archidiaconus, Joan. And. Geminianus, Franchus, & alij, in c. ut commissi, de hæret. lib. 6. Bernard. Comësis in lucerna verbo, inquisitor. S. 21. Gondissaluns tract. de hæret. q. 15. nu. 1. Conradus Brunus lib. 4. de hæret. c. 10. Alber tinus in cap. quoniam de hæret. lib. 6. q. 10. & alij plerique, quos in re manifesta libenter omittit.

Cur autem inquisitoribus cōcessum fuerit, ut peritos quoilibet possint aduocare, ut sibi cōsilium praebant in sententiis ferendis, docet Author Repertorij Inquisitorum verbo, Inquisitores. S. quae est ratio, dicens propterea id factum fuisse, quoniam cum Inquisitores essent Fratres religiosi, in theologia solū periti, iura tamen ignorabat: & quia in ordine iudicario facile poterat decipi, & propterea ab soluere damnados, & damnare absoluendos; ideo factum ut peritos consulerent, & ad consulendum, si opus esset, compellerent. inde quoq; factum, ut processus deberent cum Episcopis communicare.

Ceterum quātūs hodie inquisitores sint iurisperiti ut in Hispania, eosdem nibilominus peritos vocare possunt, ac debent: in primis vero theologos, quorum est propositionum gradus & qualitates expēdere: quia, Vbi multa consilia, ibi salus, Proverb. c. 11. & c. 24. Et recte protulit Marc. Cicero lib. 1. de officijs, dicens: Nec vero alienū est ad eligenda que dubitationem afficiūt, adhibere doctos homines, vel etiam iurisperitos; & quid de viro que genere officijs placeat, exquirere. hoc ille.

Hoc etiā ipsum passim leges admonet. l. vlt. C. de fideicom. l. 3. de ingen. manu. l. 8. §. sed iure ff. de iuris & facti ignorantie de quibus. 20. distinet.

Periti quando aduocandi.

Periti vero, ut placet Conrado Bruno practato loco, non modo cum ferenda est sententia condēnatoria, sed etiam in absolutoria vocandi sunt, cui libenter subscribo: item adiungo, non modo vocados quo tempore sententia ferenda sunt, verum etiam quoties in alijs iudicij actis occurrit aliqua difficultas, vel circa testes, vel circa delatos, aut in alijs quibuscunque articulis: quod indicant non obscure illa textus verba, in d. cap. ut commissi. de hæret. lib. 6. videlicet, aduocandi, &c.

## Q V A E S T I O LXXVIII.

An de consilio peritorū ferenda sit ab Episcopo & Inquisitore sententia.

**S**ixagesima octava quæstio est: Vitium Episcopus & Inquisitor teneantur procedere ad sententiam vel condemnationem de predictorum consilio peritorum?

Respondemus qd sic; ut pater in c. Statut. §. iu. Relat. f. b. bemus. de hereticis. lib. 6. vbi dicitur sic: Iubemus, pg. 21. & infra: Sive Episcopus sive Inquisitores procederint, ali quibus alij personis prouidis & honestis, iurisq; peritis (quas ad hoc vocati, & eis per totum proce sum, tuper quo deliberandum est) se riore manifestari ac integraliter explicari, & de ipsorum consilio, ad sententiam vel condemnationem procedi volumus) exprimantur.

## COMMENT. CXXVII.

**I**n hac quæstione, ac in tota etiā hac tractatione de aduocādīs, peritis, ut de eorū consilio ad sententia procedatur, illa occurrit præcipua difficultas num codicilloc am breuiter, & necessario dilucenda. An leui cogit. Inquisitores teneantur necessariō sequi peritorū consilium; an vero sit eis liberum, postquam audiuerint peritorum sententias, statuere quod ipsi nūfuerit statuendum; quamquam aut contraria sit aut diuersum ab eo quod periti senserunt.

In hac cōtraversia Albertinus, qui catēris fuisse hāc quæstionē disputauit in c. quoniam. de hæret. lib. 6. q. 10. & tract. de agnos. assertio. q. 26. post multas cōclusiones nu. xi. & seq. rāde concludit, quod si de cōsilio, vel statuto dicatur, ut aliquid fiat de cōsilio, vel ex cōsilio alij, tale cōsilii omnino requirendum est, & sequēdum, ac ei statud, & alijs in contrarium celebratus est nullus. cum itaque in causa hæresis in beat Romanus Pontifex, ut de peritorū seu cōsultorum cōsilium ad sententiam procedatur. c. fin. §. iubemus. de hæret. lib. 6. consequitur omnino, ut sit liberum Inquisitoribus ab eorum consilio recedere, nec aliud statuere quād periti definierint, id quod nititur probare fortassis factis infirmis rationibus, quas prudens omittit: quia breuitati studeo, & institutum est mibi certiora tradere, tuiora, & communiora, ut sape admonui: in eandem sententiam ferri videtur non obscure hoc loco Eymericus, & in principio quæstionis sequentis: & Archidiaconus in c. ve commissi. de hæret. lib. 6. in verbo, consilio.

Caterum, quidquid illi senserint in hoc articulo, ita statuo: inquisitores non debent necessario sequi peritorum aduocatorum, seu consultorum consilia, quoniam eorum suffragia, & (ut vulgo loquuntur) & quoniam eorum suffragia, sed solum consultina. Primū, quoniam consilium nō est de substantia actus. Baldi. in l. s. §. neccitate. C. de bonis quā lib. nu. 24.

Ab hæc, consoltores huiusmodi & periti in causa hæresi nullam habēt iurisdictionem ordinariam, aut delegatam, iuxta doctrinā Bartoli in l. 1. de officijs. & Baldi & Deci in c. si pro debilitate extra officijs delegati, et notat plene Ias in l. omne officium. nu. 16. ff. de officijs, eorum ergo cōsilium nou est necessario sequendum.

Postremo, cōsilium illius, qui nō est particeps officij, aut potestatio illius iudicij, cui dat cōsilium, sufficit si requiratur, ut pulchre docet Ancharanus inc.

in c. si ad Episcopum. notab. 8. versi. circa secundū. in fine ne sede vacante. lib. 6. tales autē esse peritos & consultores in hac causa manifestum est: eorum itaque suffragia, ut ibidem concludit Ancharanus de urbanitate, non de necessitate sequenda sunt. Et hanc sententiam videtur sequi Locatus in opere iudiciali verbo, consilium, nu. 3. quā profitetur aperius Campadius apud Zanchinum c. 15. & probat late aduersus Albertinus Ioannes Roias tract. de heret. par. 1. nu. 409. & multis sequentibus.

Et in Hispania quidē hæc sententia obtinet, vt cōsulterū suffragia decisiva non sint; quā definita esse videatur per Madrilianā instructionē anni Domini MDLXI. c. 66. vbi cū Episcopus & Inquisitor cōueniunt, eorū sententia statum esse decernitur, quāvis cōsultores numero plures contrariam profiteātur. eius instructionis verba à nobis latine redditā ita habent: In omnibus casib⁹, in quibus cōngenerit discordia sententia seu opinionum inter inquisidores & Ordinariū, vel aliquem ipsorum, vel in definitione causæ, aut in quōlibet alio actu, vel sententia interlocutoria, causa ad Senatum mitti debet; sed si Inquisidores & Ordinariū fuerint conformes, quamvis consultores discrepent, & sunt numero plures, decretum Inquisitorum & Ordinarij executionē mandetur. hæc tenus ibi.

Quamquam autem hæc vera sint, & firmis munītis rationibus, non prōpterea censeo liberrimum debere esse Inquisitorum arbitrium in statuendo quod sibi libuerit, quamvis ab opinione peritorum discrepet: cum enim negotium fidei grauiſſimum sit, non modo in ferendis sententijs, vt in superioribus, dicebam, verum etiam in alijs grauibus totius iudicij actib⁹, cōsultoriū erit & tutius nusquam dīscēdere à peritorum suffragijs; nam si quandoq; contingeret Inquisidores audacius vti ea potestate & libertate, facile posse errare, & per imprudentiam committere id, quod vel in fidei, vel in reorum detrimentum verteretur.

Iam ista libertas Inquisitorum de non sequendis necessario peritorum suffragijs, facilius usurpari potest illis, qui constituti sunt iuris peritissimi: nam hoc potissimum casu consultorum suffragia cōsultina erunt non decisiva: & plane hoc iure vtimur ut consultiua solum sint.

Cum vero Inquisidores Theologi fuerint creati, in his que ad ordinem iudicariū spectant, si dubia occurrāt, nō sequi peritorum suffragia, nec prudens nec tutum crederem. Quemadmodum enim iurisconsultos Theologis in causis fidei assentire oportet in notandis propositionibus hereticis & catholicis, & earum qualitatibus expendendis: ita vice versa theologos iurisperitis obtemperare conuenit in caput reorum decernendis, in indicijs ad torturam aptis, in restum dictis admittēd̄is aut repellēd̄is, indicijs dād̄is, appellatiōnib⁹, admittēd̄is aut refutād̄is, in sententijs interlocutorijs & difficiilius ferendis, & denique in toto ordine iudicatio obseruando: bac enim Theologi ab iurisperitis perere debent. Albertinus in cap. quoniam. de baret. lib. 6. q. 10. num. 17. quod & verum est.

Tunc etiā à peritorū suffragijs nō esset tutū redēdere, cū quaestio, de qua agitur, nimis est ardua et

A difficultis, aut propter facti contingētiā: aut ob varias & pugnātes Doctorū sententiās: tunc enim eos peritorū suffragijs obtemperare debere putarē: tamē si cum huīusmodi casis incident, supremum Senatum consulere tutius sit, ut alibi plene ostendimus.

B Postremo illud monebo, inquisidores hæreticō frāgia nō ex prauitatis punitione dignos esse, si vel suo vel cōfusant inquisitorum cōsilio duellū in definiendis fidei causis eranerint: neque enim peritorum suffragia eos omnino excusabunt. I. quidam decadens, pater. ff. de excusat. uero. Bart. in l. si cōuenierit. nu. ff. de re iudicata. & ratio est, quoniam apud se debuerant deliberares, an illud cōsilio expedire. I. 2. S. ff. mād. cōsilio enim alterius neminem cogit ad illud sequendum. cap. cum olim: de arbit.

C Et quamvis hæc ita se habeat, vix bodie possunt errare, cū nō vius aut alter peritus adhibeat, sed plures, & in arduis supremū Senatū consulere debat verū tamē hæc omnino persuadēt, vt inquisidores suo labore, & industria, & studio curēt penitus singula fidei negotia, & quidquid ad suū officium spectat intelligere: nec sicut desides & negligēces sub hac spe, quod cōsultores habeant & peritos, in quos laborem reiūt: meminerint illius dicti Quinti Mutij reprehendētis Seruū Sulpiciū in hęc verba: Turpe est patitio & nobili viro ignorens, in quo uelatur. I. 2. ff. de origine iuris.

### Q V A E S T I O L X X I X .

An processus totus Iurisperius explicari debeat.

**S** Epiuagesimana quæstio est: Vtū Episcopus & inquisitor coram prædictis peritis, de quorum cōsilio est ad sententiam procedendum, teneatur totum processum eis integraliter explicare, uel sufficiat eis explicare summarū, in substantia & effectu?

Respondemus q̄ integraliter & perfecte, ut patet in c. Statuta. §. iubemus. de heret. lib. 6. ubi dici tus iurisperitus sic: iubemus. & infra: Secreto coram dicefas. ritus explicano Episcopo, uel eo abiente ipsius Vicario, quando inquisidores procedunt: quando uero procedit Episcopus coram inquisitoribus: Si haberit comode possit copia eorundem, ac nihilominus siue Episcop⁹ siue inquisidores processerint, aliquibus alijs personis prouidis & honestis, iurisque peritis (quas ad hoc vocati, & eis per totum processum super quo deliberandum est, serio se manifestari, ac integraliter explicari, & de ipsorum cōsilio ad sententiam uel condemnationem procedi uolumus) extinxantur, & cetera.

### C O M M E N T . C X X V I I I .

**E** rmericus apertis fere semper canonum definitionibus nitens, in hac quæstione unum axioma constituit, videlicet, Peritis, quos inquisidores aduocant, totum reorum processum integre esse communicandum.

Rr 4 Huius

**P**eritis totū processus integrē explicandus.

Huius axiomatis ratio in promptu est: quoniam nisi periti intellegent integre & perfecte totam causam, nō possent perfecte consulere, neque incorruptum ferre iudicium, cum nemo de incognitis reatum iudicium facere possit.

Rursus, cum de eorum consilio sit ad sententia pronuntiandam deueniendum, ne fortassis ob non visum processum minus bene consulant, & inferat sententia eretur, iustum est ut eis integre totus processus explicetur. & cum Eymericus sentit Bernardus in lucerna, verbo, inquisitor. §. 21.

### Q V A E S T I O LXXX.

An testium nomina sint consultoribus manifestanda.

**C**tuaglima quæstio est: Utrum Episcopus & inquisitor teneantur coram prædictis peritis, de quorum consilio est ad sententiam procedendum, deferentium & testificantium nomina publicare?

**R**espondemus quod sic: ut pater in alleg. c. Statuta. §. iubemus. vbi exposito & mandato, quod nomina deferentium & testium coram deictis non publicentur, sequitur sic: Sed secreto coram dicessano Episcopo, vel eo absente ipsius Vicario, quando inquisitores procedunt; quando vero procedit Episcopus coram inquisitoribus, si haberi commode possit copia eorundem: ac nihilominus sive Episcopus sive inquisitores processerint, aliquibus alijs personis prouidis & honestis, iurisque peritis (quas ad hoc vocari & eis per totum processum, super quo deliberandum est, seriole manifestari ac integraliter explicari, & de ipsis consilio ad sententiam vel condemnationem procedi volumus) exprimantur: siveque don obstante, quod illis contra quos huiusmodi de posuerunt, nomina ipsorum non fuerint publicata. Adhibetur ad cognitionem iudicis instruendam plena fiducia depositionibus testium eorumdem.

### C O M M E N T . C X X I X .

**N**omina testium, an & quando peritis sint explicanda.

In hoc autem axiome maior est dubitatio, quā in eo, quod proxime superiori questione propositum est: quia non videatur necessarium explicari.

Primum quoniam absque tali nominum publicatione, aut notitia recte consulere possunt.

Deinde quia ita plane contendunt faciendum ritus docti, inter quos est Campegius apud Zanchium cap. 15.

Postremo, tuta & laudabili inquisitioni consuetudine receptum videtur, ne consultoribus testium nomina publicentur: sed absque nominibus processus soli eis dantur super quibus consulere debent, neque ab hac consuetudine est recedendum.

Inquisitorum tamen partes erunt notare testium qualitates, ut si religiosi, si graues fuerint,

& probati; aut contra, si minus probati, si plebes, & pauperes, si iuvenes, si imperiti, aut similes, & his qualitatibus in genere cognitis, facilius intelligant periti quantum sit dictis singulorum tribendum, aut contra derahendum.

Sed de nominibus delatorum nihil docuit Eyme Ricus, an videlicet reorum nomina peritis debent explicari, & verius videretur, ac tutius est, ut nec reorum nomina peritis publicentur.

Verumtamen illud addiderim, quod si quandoque videatur necessarium, vel testium, vel reorum nomina peritis explicare, ut cum probabilitate timeatur testes inimicos esse reos: tunc si periti vitroque cognoscatur, quia melius scire possunt, an sint vel fuerint inimici inimici necne; non foret ininstans hoc cau & testium & delatorum seu reorum nomina consultoribus, aut etiam si opus fuerit, alijs probi viris explicare, iuxta consilium Eymericus par. 3. tit. de sex modis tradendi copiam processus. num. 119. §. Sextus modus est de quo ibidem dixi.

Ne autem consultores temere hoc cau & reliques vel delatos iudicent, aut per iuramentum, ac per sententiam excommunicationis constringi possunt, ac debent, ut secretum teneant, ita Eymericus præcitat loco, & Bernardus Comensis in Læceria, verbo, Inquisitor. §. 21.

Et profecto grauissimum est scelus in causis praeterim arduis secretum reuelare, ut optime docet Aegidius Bossius tit. de carcerato fidei in soribus commitendo: nu. 30. vers. Et si tu senator fueris.

Quamvis augem periti huiusmodi specialiter tunc non turarint custodiare secretum, adhuc tamquam ad illud obseruandum obligantur, propter multas leges inibentes ne causa fidei propalantur ob periculum ingens, quod inde nasci potest, quod si non iurati propalauerint, extra ordinem puniri possunt per Inquisitores: decuit enim eos id secretum servare, quod leges iuste iubent.

Si vero per malitiam reuelarent, illis praesertim qui impeditre possent fidei negotium, aut alias cause obesse, tales quidem secreti reuelatores reuelant impedidores sancti officii puniri possent, magis, quidem vel minus, pro culpe qualitate, secundum quam genere mensura imponenda est.

### Q V A E S T I O LXXXI.

An Episcopus & Inquisitor possunt secretum indicere consultoribus.

E



Ctuaglima prima quæstio est: Vnde Episcopus & Inquisitor quando prædictis peritis deferentium nomina & testificantium publicabunt, possint eis secretum indicere, quatenus illos nomina non reuelent, ac in eos sententiam excommunicationis ferre si reuelauerint?

Respondemus quod sic, iuxta c. alleg. Statuta. §. Rebus & vt eorundem, vbi dicitur sic: Et vt eorundem ac pag. 119. & testium, periculis efficacius occurratur, & cautius in inquisitionis negotio procedatur, praesentis

presentis constitutionis auctoritate permittimus, quod Episcopus vel Inquisitor secretum possint indicere illis, quibus ut præmissum est, processum huiusmodi explicabunt: ut in eos si arcana consilij, seu processus, sibi sub secreto ab eisdem Episcopo vel Inquisitoribus patefacta, præter eum licentia alij patet, excommunicationis sententiam, quam ex secreti violatione ipso facto incurant, si eis expedire videbitur, promulgare.

## COMMENT. CXXX.

**E**xplorati iuris est id de quo querit hic Eymerius: potest enim Episcopus & Inquisitor indicere silentium consultoribus, etiam sub pena excommunicationis, ut super questione proxime praedictum dictum est; idem docet Repertorium Inquisitorum, verbo, secretum, & Bernardus Comensis in lucerna Inquisitorum, verbo, Inquisitor. §. 21. & quam sit ingens scelus secreta reuelare, explicat Aegidius Bossius, eo loco, quem superiori commentario indicaui, eum video.

## QVÆSTIO LXXXII.

An Episcopus & Inquisitor possint se mutuo excommunicare ob indictum secretum.

**Q**uæstima secunda quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor prædictis peritis excommunicationis sententiam iniungendo quatenus nomina deferentium aut testificantum non reuelent, possint se excommunicare mutuo hac de causa, etiam ne reuelent?

Respondemus q. non, vt in alleg. c. Statuta. §. Et ut coruad. de hæret. lib. 6. unde ibi concessum quod possint peritos excommunicare hac de causa, ut est dictum quæst. proxima, statim sequitur ista: Sic tamen q. Inquisitores Episcopum, vel Episcopus Inquisitores non excommunicent hac de causa.

## COMMENT. CXXXI.

**I**udices fidei alter alterum excommunicare non potest, iuxta tradita hic ab auctore. Hæc assertio ratione non caret, nam si se mutuo excommunicarent id fidei negotiis procul dubio obesseret. Et hoc proplus spectare videtur priuilegium concessum Inquisitoribus ab Urbano IIII, in extrahag. incip. Ne Inquisitionis negotiis, quam resulit Eymericus supra, par. 2, in qua sancitum est, ne Inquisitor & eius notarii excommunicari possint a delegatis sedis Apostolicae addit Sylvestrum in summa, verbo, hæresis. 2. q. 8. Certa buc spectantia dicam in questione proxime sequenti.

## QVÆSTIO LXXXIII.

An Episcopus & Inquisitor tenentur ad secretum quod alijs indicunt.

**Q**uæstima tertia quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor indicentes prædictis secretum, de non reuelando nomine deferentium seu testificantum per sententiam

A excommunicationis latæ, ipsi etiam Episcopus & Arceantur, Inquisitor ad secretum huiusmodi arceantur & pro obligentur, ut iverbum huic auctori familiare in ibi, quod Episcopus & Inquisitor non possint se hac significare excommunicate mutuo hac ex causa, ut dictum est supra quæst. proxima, de Episcopo & Inquisitore, sequitur sic: Sed Episcopi ex iniuncto ex nunc a nobis sub uitrate sancta obedientie districto precepto, ad secretum huiusmodi teneantur.

## COMMENT. CXXXII.

**Q**uæstima se mutuo Episcopus et Inquisitor ob secretum custodiendum in causis fidei, excommunicare non possint, ut proxime dictum est, nihilo minus tamen ad illud obseruandum in virtute obedientiae ex districto Papæ precepto obligantur; quod equidem ratione non caret: quemadmodum enim grauia incommoda consequi possunt ex huiusmodi secreti violatione, cum peritti & consultores reuelarent, eadem nascerentur si Episcopus, aut Inquisitores manifestarent.

Ergo si Episcopus & Inquisitores extra casus sibi à iure cœcessos & permisso, & negotiis fidei ne cœsarios, reuelarent, aut testes, aut delato, aut de nuntiatores, & accusatores, vel alia sacri officiū se creum extra crea, quamvis ipso iure excommunicati non es- ter peccant. Inquisitores reuelantes se calus permis- fosi mortali- sent; quoniam hoc nullo iure (quod ego sciam) cau- tum inuenitur: tamen mortaliter peccarent, quia sibi districte iniungitur a Papa sub virtute sancte obedientiae ne reuelent; essent enim iusta & legiti- tima legis transgressores. facere autem in materia graui contra iustitiam & legitimam legem; nulla rationabili causa urgente, rei excusante letaliter est culpa, ut uno ore fateantur Theologi, quos sequuntur Canoniske, & ceteri bene sentientes arque hoc est in hac causa diligenter obseruandum.

## DE STATUTIS ET CONSTITUTIONIBUS PRO OFFICIO INQUISITIONIS.

## QVÆSTIO LXXXIII.

An priora indulta & priuilegia Inquisitoribus data, sint per posteriores constitutiones reuocata.

**Q**uæstima quarta quæstio est: Vtrum Inquisitoribus Apostolica priuilegia, indulta, constitutiones, & ordinationes, seu ad consultata responsiones factas per Iudicium Apostolicum, sint per constitutiones postmodum factas, de quibus habetur in 6. Decretalium, & in Clement. tit. de hæret. sim- plicer reuocata?

Respondemus quod non nisi in his, in quibus obviant constitutionibus antedictis, ut patet in c. fin. Statuta de hæreti. lib. 6. ubi in fine dicitur sic: Relar, supra Constitutiones uero, ordinationes, & mædata alia pag. 11. præde-